

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7533

Auteur(s) : Philippe d'Harcourt, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Le Plessis-Grimoult, Saint-Étienne (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1153-1163]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Dons et confirmation de donations, par Philippe de Harcourt au prieuré du Plessis-Grimoult.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Un grand bâtisseur : Philippe de Harcourt, évêque de Bayeux (1142-1163)*, Paris, Naert, 1930, Pièces justificatives, n° VI, p. 139-140.

b. Dupuy Hubert, *Recueil des actes des évêques de Bayeux antérieurs à 1205*, Thèse, École des Chartes, 1970, 2 vol. (dactyl.), n° 33, t. 1, p. 62-65.

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 2, p. 64, n° 34.

Dissertation critique

Datation proposée par H. Dupuy (DUPUY, Recueil des actes des évêques de Bayeux, t. 1, p. 62). Cf. « 1153, Bayeux » est proposée par V. Bourrienne.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia Baiocensis episcopus, presentibus et futuris salutem, gratiam et benedictionem. Diligens antiquorum providentia prudenter solebat litterarum thesauris includere quod ad posterorum noticiam volebat pervenire. Hanc nos imitantes diligentiam scripto mandamus et sigilli nostri suppositione roboramus ea que canonicis regularibus de Plaisitio donata sunt a nobis et antecessoribus nostris, sive a laicis fidelibus, ne possint aliquando aut temporis prolixitate aboleri aut improborum hominum vexatione turbari. Concessionem autem que predictis regularibus canonicis donate sunt nostris et antecessorum nostrorum temporibus, in ecclesiis, decimis et terris, sive aliis possessionibus, hec sunt : Ex dono primi Ricardi, Baiocensis episcopi, ecclesia Sancti Stephani de Plausicio, consensu et petitione Ricardi Sansonis sacerdotis, primi canonici et fundatoris supradictorum canonicorum, cum decimis et appendiciis suis, cum decima foreste et cum antiquo manso sacerdotis, etiam cum terris quas ipse sacerdos a supradicto Baiocensi episcopo in feodum tenebat, scilicet Saucetum, et Hamel, et Buisnon, et terram de Moncellis, que omnia ad supradictum sacerdotem jure pertinebant. Preterea ipse Ricardus episcopus in dedicatione Sancti Stephani de Plausitio dedit eisdem canonicis regularibus tres burgenses in villa Plaussitii, et quatuor acras terre justa castrum, et viginti acras infra parrochiam, et terram de Cruce Ameline, et terram Rogeri filii Dode, et terram Ernulfi Pretoris, et Petevini mansum. Hec autem omnia dedit et concessit

supradictus episcopus canonicis regularibus in perpetuam elemosinam, concessu canonicorum Baiocensium. Secundus Ricardus, Baiocensis episcopus, concessu et rogatu omnium canonicorum Baiocensis ecclesie, pro Dei amore et predecessorum nostrorum salute, dedit Campum Osberti antedictis canonicis immunem et liberum ab omni servitio regulari, sicut illud (sic) habebat, ad ecclesiam eorum illuc transferendam ut secretius ibi Deo deservire possent, et molendinum de Escuriis, similiter et terram Odonis Ferrarii et Guillermi de Felgereto, et Godefridum burgensem de Sancto Johanne, et unum mediatorem, et terram Rogeri filii Marie. Ex dono primi Ricardi, Baiocensis episcopi, ecclesia de Stupefurno cum decimis et appendiciis suis, cum capella de Fontanis, ecclesia de Roll, ecclesia de Campo Andree cum decimis et appendiciis ejus, ecclesia de Monte Calveto cum parte decime. Ex dono Ricardi secundi, Baiocensis episcopi, ecclesia de Bretteville Rabel, et Capella de Cornuto, quidquid habemus in ecclesia Sancti Vigoris de Mesereis. Et ego Philippus, Baiocensis episcopus, dedi eisdem canonicis prebendam de Sancto Johanne le Blanc cum omnibus appendiciis suis, ecclesiam de Campellis cum decimis et appendiciis suis, et ecclesiam de Cahandole, ecclesiam de Troitemerio, cum capella de Enfernet (verso), cum decimis et appendiciis suis, ecclesiam de Felgerolis, ecclesiam de Burleio cum decimis et appendiciis suis, preter hoc quod de eisdem ad prebendam pertinet. Ex dono Rogeri de Vetula, quinque virge vinee apud Argentias, et decima molendini de Marfeugis. Ex dono Guillermi Tanetin, viginti acre terre in Remerii Maisnillo, et due acre in Airam. Ex dono Radulphi Bigot, terra cujusdam vavassoris apud Malestree. Ex dono Radulphi dapiferi, terra Durandi de Rossavilla, cum duabus acris prati. Ex dono Heutonis conestabularii, terra sua de Plaisicio quam ipse et filii ejus dederunt canonicis regularibus in perpetuam elemosinam cum Graelendo filio suo. Ex dono Oliverii de Albeneio, terra de Danvou quam tenet Gaufridus de Danvou. Preterea dedimus et concessimus eis ut ipsi habeant in bosco nostro de Montepinchon lignatam ad focum quam ad edificia. Testibus istis ; magistro Unfredo, archicapellano ; Patricio, archicapellano (pour : archidiacono) ; Roberto, subdecano ; et aliis pluribus.